Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nuti triumpho xpi Quo deuicit imperiū male potens diabolo Quo nos
pretioso sanguine Quis depotestate eruens Redempti ergo gratias
agamus nro redemptori Per cuius rpe cui angelorū chori iugi laude
laudant Multu plaudo hominis mutus laudibus sedulos pius intuere
Quorum mortibus condoleus mutantum humilis factus es ut mortes
subiures Cu deuictis miseri legibz resurgens triumphas Qui post cru
cem per orbem gentibus imperas omnipotens filius dei Sdm Johannem
In illo tempore · Erat homo ex phariseis nicodemus nomine
princeps iudeorum · Hic venit ad iesum nocte · et dixit ei · Rabbi ·
scimus quia a deo uenisti magister · Nemo enim potest hec sig
na facere que tu facis · nisi fuerit deus cum eo · Respondit ihs
et dixit ei · Amen amen dico tibi · nisi quis natus fuerit denuo
non potest videre regnum dei · Dicit ad eum nicodemus ·
Quomodo potest homo nasci cum sit senex · Numq̄d potest
in uentrem matris sue iterū introire et nasci · Respondit
ihs · Amen amen dico tibi · nisi quis renatus fuerit ex aqua
et spiritu non potest introire in regnum dei · Quod natum
est ex carne caro est · et quod natum e ex spiritu spiritus est · Non
mireris quia dixi tibi · oportet vos nasci denuo · Spiritus ubi
vult spirat · et vocem eius audis · sed non scis unde veniat
aut quo vadat · Sic est omnis qui natus est ex spiritu · Respō
dit nicodemus · et dixit ei · Quomodo possunt hec fieri ·
Respondit ihs · et dixit ei · Tu es magister israel · et hec
ignoras · Amen amen dico tibi · quia quod scimus loquimur
et quod vidimus testamur et testimoniū eius non accipitis
Si terrena dixi vobis et non creditis · quomodo si dixero uob
celestia creditis · Et nemo ascendit in celū nisi qui descendit
de celo · filius hominis qui est in celo · Et sicut moyses exaltauit
serpentem in deserto · ita exaltari oportet filium hominis ·
ut omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam
eternam · Off Protege dne plebem tuam pliguū sancte crucis ab
omnibus insidiis inimicorū omnī ut tibi gratam exhibeam seruitutem